rant, non fueris recordatus. Quid eſt, quod ſcribis, Te aliquoties ad Nos dediſſe literas; cùm neque Bonnæus, neque Ego, ullas earum, intra biennium, viderimus? O quàm refrixit amor tuus erga Nos! Hoccine autem pollicitus es Nobis, cum hinc diſcederes? Ego felicem Me prædicarem, ſi labores & experimenta mea Tecum communicare poſſem. Sed quid faciam? cùm ignorem; an & ubi vivas; & num in priſtino amore, cùm erga Me; tùm erga Chymiam, conſtanter perſeveres. Sed hæc hactenus. Nunc mitto *Tyrocinium* meum novum *Gallicum*, nomine *Elementorum Chymiæ* editum & impreſſum. Id pervelim, *Latinitate* abs Te donari, & typis excudi Germanicis. Officioſum Te Mihi, ſat ſcio, hoc opere exhibebis: ſi promiſſi memor es; ſi me, ut antehac, amas; immò ſi Reipub. Medicæ bene con-